Archiv Obwalden.
No 1

Hermannus dei et apostolice sedis gratia Episcopus Constanciensis et administrator ecclesie Curiensis In Christo dilectis decano et confratribus decanatus Lucernensis
ceterisque ad quos presentes pervenerint Salutem in domino Ad noticiam subscriptorum pastoralis officii nostri exigit sollicitudo ut ecclesiis nobis subiectis
debito modo provideatur ne subditorum animarum cura transitus negligencie incurrant debito studio providamus Sane itaque attendentes quod ecclesia parrochialis
in Sachslen in Underwalden nostre Constanciensis diocesis tanto tempore vacaverit quod eius collacio provisio et quevis alia dispositio ecclesie
in eiusdem dispositionem ad nos legittime hac vice devoluta existat Nos itaque ipsi ecclesie de rectore ydoneo providere volentes ne propter diuturnam ipsius
vacationem indebitis divinis obsequiis et cura animarum patiatur detrimenta De sufficientia et ydoneitate dilecti nobis in Christo Caspar Helwig
presbiteri Transsilvanensis diocesis edocti Eandem ecclesiam modo premisso vacantem et ad nos ut premittitur collacio et dispositio devolutam ut prefertur eidem
Caspari cum omnibus iuribus et pertinenciis suis divine pietatis intuitu dummodo alteri alicui specialiter ius quesitum non existat auctoritate nostra ordinaria conferendo
damus et conferimus ipsumque de eadem providemus rectorem investimus et investitum ac recepto ab eo iuramento fidelitatis solite curam ecclesie
et regimen illius sibi committimus et committimus presentes Quocirca vobis et cuilibet vestrum super hoc requisito in virtute sancte obediencie districte
precipiendo mandamus quatenus prefatum Casparem in dicte ecclesie in Sachslen iuriumque et pertinenciarum eius possessionem inducatis corporalem ipsumque
inductum capituli consuetudine recipientes sibi de fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis illius ab omnibus quorum interest re-
spondere faciatis et assignari ipsumque etiam ut vero eiusdem rectori debitam et honestam obedienciam et reverenciam debite impendi Adhibitis solemp-
nitatibus debitis et consuetis In quorum fidem et testimonium presentes litteras nostras exinde fieri sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri
Datum Constancie in aula nostra episcopali Anno domini M cccc lxx septimo mensis May die penultima Indictione decima

Wigandus